

1305, Archief abdij Echternach

Uit: Wampach - Urkunden- und Quellenbuch, dl. IIX akte 187
Ook in Camps, Oorkondenboek Noord-Brabant deel I, nr 696.
14-10-1305

Schepenen van Den Bosch oorkonden dat de proost van Echternach en Philips van Gemert getuigd hebben dat meester Makarius van Den Bosch, kanunnik in Luik, een arbitrale uitspraak heeft gedaan in het geschil tussen de abdij Echternach en Philips van Gemert voornoemd over de levering van een mud rogge per jaar uit een deel van de tiende van Gemert, die Philips van de abdij houdt.

Originalurkunde auf dem Staatsarchiv zu Luxemburg, Abt. A9nr. 29 (A). — Transsumpt im Notariatsinstrument von Johannes Henrici von Eindhoven vorn 4. Juni 1389, ebd., Abt A, nr. 29, Kopie in der HS. 29, 20, f. K 20 und wieder K 20' (liber octavus), ebd.
An Pergamentstreifen winzig übrig gebliebene Bruchstücke der beiden Siegel.
Dorsualvermerk saec. 15: de modio siliginis cedente de novalibus in Gemert. Von anderer Hand: 1305. Von anderer, zierlicher Hand: Ghemert.

Nos Gerardus de Neysel et Arnoldus, filius quondam Bertoldi, scabini in Buschoducis, notum facimus universis, quod coram nobis vir religiosus propositus monasterii Epternacensis, Treverensis dyocesis, ex parte abbatis et conventus dicti monasterii, et Philippus de Ghemert, pro se et ex parte sua, recognoverunt, inter dictos .. abbatem et conventum ex una parte et dictum Philippum ex altera per virum venerabilem magistrum Macharium, canonicum Leodiensem, arbitrum seu ordinatorem ad hoc a partibus, ut dicebant electum, super solutione annue pensionis unius modii siliginis, quam dictus Philippus dictis abbati et conventui solvere consuevit et tenetur annuatim de quadam parte decimarum in Ghemert, quam dictus Philippus a dictis .. abbate et conventu ad firmam tenet, ut dicebant, secundum formam litterarum infrascriptarum ordinatum esse in hunc modum, videlicet quod dictus Philippus dictum modium siliginis annue pensionis anno quolibet in festo Purificationis Beate Marie Virginis dabit et solvet apud Ghemert per mensuram de Bacle dictis .. abbati et conventui de decimis antedictis sub hac forma, quod quocumque anno termino ad solutionem dicte annue pensionis statuto et prescripto, dictus Philippus, postquam super hoc a preposito dicti monasterii vel eius certo nuncio monitus exstiterit, ipsi domino . . preposito vel eius certo nuncio ipsam annuam pensionem unius modii siliginis non persolverit, extunc ulterius qualibet die, quamdiu ipsa pensio siliginis exstiterit non soluta, supercrescet unus modius siliginis nomine pene usque ad plenam solutionem annue pensionis siliginis antedicte, salvo tamen per omnia conditionibus priorum litterarum dictorum abbatis et conventus, quas dictus Philippus habet de decimis antedictis, et quas litteras non cancellatas, non abolitas prout apparebat, nec in aliqua parte sui viciatas vidimus et legi audivimus in hec verba:

Volgt de tekst van de oorkonde van mei 1270. Dan gaat het verder als volgt:

Et in testimonium supradicte recognitionis facte coram nobis, ut dictum est, et dictarum litterarum a nobis visarum et auditarum, ut premissum est, nostra sigilla presentibus litteris sunt appensa.

Datum anno Domini M^o. CCC^o. quinto, feria quinta proxima post festum beati Dyonisii martiris.